

densis civitatis theloneum perciperent annuatim, cujus possessionem dum praefata ecclesia multis annis sine interruptione tenuisset, quidam Elferus thelonearius ipsam super eo indebite molestavit, ipsum theloneum sibi violenter usurpando, quod canonici ad nostram audientiam deferentes, justum titulum suae possessionis allegabant, tandem in nostra praesentia, multis hinc inde propositis, canonici Sancti Martini testes idoneos prodixerunt, quorum nomina subscripta sunt: milites Anno nobilis, Ludolfus dapifer, Thidericus de Dungen den; burgenses Bertoldus Simplex, Henricus Papa, Fredericus institor, Ludingerus et alii quam plures, qui coram nobis et majore praeposito et cantore, caeterisque majoris ecclesiae canonicis secundum formam juris, juramento praestito, constanter affirmabant, quod jam dicta ecclesia sancti Martini ipsum theloneum a domino Annone, praedecessore nostro, collatum rationabiliter secundum formam superius praelibatam juste possideret. Unde ne aliquis saepedictam ecclesiam sancti Martini super ipso theloneo audeat imposterum ausu temerario molestare, pium ac rationabile donum praedecessoris nostri, domini Annonis, in virtute Spiritus sancti banno nostro confirmamus et hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri testimonio roboramus.

Der Ritter Anno ist der Edelherr Anno v. Landesbergen, der urkundlich von 1196 bis 1230 genannt wird.

Ludolf erscheint als bischöflich mindenscher Truchseß von 1196 bis 1228.

### III.

1220.

Conradus, Dei gratia Mindensis episcopus, universis tam modernis quam futuris praesentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Quae geruntur a viris prudentibus, ne qua possint in posterum attemptari calumnia literarum, solent memoria perhennari. Universitatem igitur vestram scire cupimus, quod decimam Horsten post resignationem a Lutberto de Eys-